Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



72

et sicut carmel in mare uenit. Vasa tua sunt magnorum
fac te habitacula filia egypti. quia nophis in deserto
erit. et deserta habitabilis. Vitula elegans atque
famosa egypti. stimulator ab aquilone uenit
ei. Mercenarii quoque ejus qui habitant in medio eius.
qui uitulis saginati uersi sunt. et fugerunt simul. nec
stare potuerunt. quia dies interitionis eorum uenit
super eos tempus uisitationis eorum. Vox ejus quasi aeris
sonabit. quia cum exercitu properabunt. et cum securibus
uenient ei. quasi ligna cedentes succidunt silu
tum ejus. ait dominus quia supputati non sunt. Multiplicati sunt
super locustas et non est numerus. Confusa est filia egy
pti. et tradita est in manu populi aquilonis. Dixit dominus exer
cituum deus israel. Ecce ego uisitabo super turbam
alexandriae et super pharonem. et super egyptum et super deos
ejus et super reges ejus. et super eos qui fidunt in eo. et dabo
eos in manu querentium animam eorum et in manu nabu
chodonosor regis babylonis et in manu seruorum ejus. et postea habitabitur
sicut diebus pristinis. ait dominus. Et tu ne timeas ser
uus meus iacob. et ne paueas israel. quia ecce ego
saluum te faciam de longinquo. et semen tuum de terra cap
tiuitatis suae. Et reuertetur iacob. et requiescet. et pro
spiabitur. et non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere
seruus meus iacob ait dominus. quia ego tecum sum. quia fu
mabo ego cunctas gentes ad quas eieci te. tecum autem non fu
mam. sed castigabo te in iudicio. et quasi innocentem
parcam tibi.

XLVII

Quod factum est uerbum domini ad jeremiam prophetam. contra
palestinos antequam percuteret pharaon gazam.
Haec dicit dominus. Ecce aquae ascendent ab aquilone
et erunt quasi torrens inundans. et operient terram
et plenitudinem ejus. urbem et habitatores ejus. Clama
bunt homines. ululabit omnis habitator terrae. a strepi
tu pedum armatorum et bellatorum ejus a commo
tione quadrigarum ejus et multitudine rotarum ejus.
Non respexerunt patres filios manibus dissolu
ti. propter aduentum diei. quia uastabunt omnes
philistiim. et disipabit tyrus et sidon cum
omni reliquias auxilius suis. Decipiat dominus pa
lestinos reliquias insulae cappadociae. Venit calui
tium super gazam. interiit ascalon et reliquiae uallis earum
usque quo incidis mucronem usque non quiescis. Ingredere in
uaginam tuam. et refrigerare et silere. Quomodo quiescet
cum dominus praecepit ei aduersum ascalonem. et aduersum
maritimas ejus regiones. ibique adiecit illis
ad moab.

XLVIII

Haec dicit dominus exercituum deus israel. Ve super nabo. quo
uastata est. et confusa. capta est cariathaim
confusa est fortis et tremuit. et non est ulterius exultatio
in moab. Et in esebon cogitauerunt malum. et uenite
disperdamus eam de gente. Ergo silens conticescis
tes. sequitur te gladius. Vox clamoris de horona
im uastitas et contritio magna. Contrita est moab. an
nuntiata est clamor paruulis ejus. Pascensum in luith
ploratus ascendit. fletus quoniam in descensu oronaim ho
stes ululatum contritionis audierunt. Fugite saluate
animas uestras. et estote quasi myrice in deserto. Quoniam
quia iniusta fiduciam in munitionibus tuis. et in thesauris
tuis tu quoque capieris. et ibit chamos in transmigra
tionem. sacerdotes ejus et principes ejus simul. et uenient pre
do adonem urbem. et urbs nulla saluabitur. et peribit
uallis. et disipabitur planitia. quia dixit dominus. Da
te florem moab. quia florens egredietur. et ciuitates
ejus deserta erunt. et inhabitabiles. Maledictus qui operatur
dei fraudulenter. et maledictus qui prohibet gladium
suum a sanguine. Fertilis fuit moab ab adole
scentia sua. et requiescebat in fecibus suis. nec transfusus
est de uase in uas. et in transmigrationem non abiit. Idcirco
permansit gustus ejus in eo. et odor ejus non immutatus est.
propterea ecce dies uenient dicit dominus. et mittam ei ordina
tores. et stratores. et lagunculas. et effundent eum. et uasa
ejus exhaurient. et lagunculas eorum collident.
Et confundet moab a chamos sicut confusa est domus
israel ab bethel in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis. fortes sumus. et uiri robusti ad pugnandum.
Vastata est moab. et ciuitates illius succendentur